

## DEFINITIONES

I	Per <b>causa</b> de se comprehendo accuillo cuja essentia involvit existentia, aut accuillo cuja natura non potest essere concepta si non existente.
	Per <b>causam</b> sui intelligo id cujus essentia involvit existentiam sive id cujus natura non potest concipi nisi existens.
II	Accuilla cosa est dicta <b>in suo genere finita</b> que potest essere limitata per altera de sua metipsima natura. Per exemplo, un corpore est dicto finito proque semper altero major concipimus. Assic una cogitatione per altera cogitatione est limitata. Perhoc un corpore non est limitato per una cogitatione nec una cogitatione per un corpore.
	Ea res dicitur <b>in suo genere finita</b> quae alia ejusdem naturae terminari potest. Exempli gratia, corpus dicitur finitum quia aliud semper majus concipimus. Sic cogitatio alia cogitatione terminatur. At corpus non terminatur cogitatione nec cogitatio corpore.
III	Per <b>substantia</b> comprehendo accuillo que in se est et per se est concipito. Isto est, accuillo cujo concepto non necessitat dello concepto de altera cosa per quale debeat essere formato.
	Per <b>substantiam</b> intelligo id quod in se est et per se concipitur hoc est id cujus conceptus non indiget conceptu alterius rei a quo formari debeat.
IV	Per <b>attributo</b> comprehendo accuillo que lo intellecto percipit de una substantia tale quale constituyente de sua essentia.
	Per <b>attributum</b> intelligo id quod intellectus de substantia percipit tanquam ejusdem essentiam constituens.
V	Per <b>modo</b> comprehendo las affectiones della substantia. Aut accuillo que in altero est, per quale est tambene concipito.
	Per <b>modum</b> intelligo substantiae affectiones sive id quod in alio est, per quod etiam concipitur.
VI	Per <b>Deo</b> comprehendo un ente absolutamente infinito. Isto est, una substantia constando de infinitos attributos, dellos quales cata uno exprimit una aeterna et infinita essentia.
	Per <b>Deum</b> intelligo ens absolute infinitum hoc est substantiam constantem infinitis attributis quorum unumquodque aeternam et infinitam essentiam exprimit.
VII	Accuilla cosa est dicta <b>libera</b> que existit della sola necessitate de sua natura, et per se sola est determinata ad agire. Et <b>necessaria</b> , aut melior <b>coacta</b> , la que per altero est determinata ad existire et operare de certa et determinata ratione.
	Ea res <b>libera</b> dicitur quae ex sola suae naturae necessitate existit et a se sola ad agendum determinatur. <b>Necessaria</b> autem vel potius <b>coacta</b> quae ab alio determinatur ad existendum et operandum certa ac determinata ratione.
VIII	Per <b>aeternitate</b> comprehendo la propria existentia, in quanto est concipita necessariamente ad sequere della sola definitione de una cosa aeterna. <i>Explicacione – Tunc, tale existentia est concipita quomodo veritate aeterna, assic quomodo la essentia della cosa. Et per tanto, non potest essere explicata per duratione aut tempore, adhuc que la duratione siat concipita sine principio et fine.</i>
	Per <b>aeternitatem</b> intelligo ipsam existentiam quatenus ex sola rei aeternae definitione necessario sequi concipitur. <i>Explicatio - Talis enim existentia ut aeterna veritas sicut rei essentia concipitur proptereaque per durationem aut tempus explicari non potest tametsi duratio principio et fine carere concipiatur.</i>